

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XXXII

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

quiescebant circa eum, tanquam pulli gallinarum. Cum vero sic quiescebat, capiebat de illis quantum volebat numerum, reliquas ad locum, in quo prius erans, reduebat.

## CAPUT XXXII. DE STRUTHIOCAMELO.

**S**truthiocamelo caput est anserinum parvum, plumis haud coopertum, pedes bisulci. *Arist. 4. hister.* Propter corporis molem à terra non elevatur; festinantissime tamen interdum incedit, ingruente in alas vento & tanquam vela eas extendente. Certè equitem equo insidentem superat. Carpophagus est. Ossa in breves partes truncata, & lapides avide devorat, sed exspuit; immo & frusta ferri. Quomodo enim illa concoquat, cum nec Leo majoris caloris concoquere possit? Nidum ex sabulo humilem & concavum extruit, & contra pluvias munit. Octoginta amplius ova excludit: sed non uno eodemque tempore ex omnibus pulli nascuntur, suntque ova maxima; utpote capitis infantis magnitudine, plus minus quindecim libras pendencia, durissima, & quasi lapidea crusta munita. Ex illis Solis calore pulli nascuntur. Quidam, quia intueri ea avem viderunt, visù excludere putarunt. Mira vero ejus stoliditas; cum collum frutice occultavit, latere se putat.

## CAPUT XXXIII. DE SCYTHICA AVE, & TINNUNCULO.

**D**e *Scythica ave* ita scribit Aristoteles. *Scythiæ terræ incolæ est avis magnitudine Otidis seu Tardæ avis, quæ duos procreat pullos, & quæ peperit ova non incubatu fovet, sed condita in leporina aut vulpina pelle relinquit, atque ita obvolvata, in summa arbor*

Sarcococ,  
comp. ascende  
scythiam  
inquit scythi  
loca componunt  
scythiam. Hoc il  
nem, ut viliam

C A  
DE TU

in magnis  
stat enim  
vixisse long  
chone quing  
dita fuisse, a  
vilia, inquit  
de viginti  
uno quinq  
tis ut H. S.  
eo anno  
fundus duo  
esse Agripp  
mitabat  
rem curdis sa  
gium de eo c

Dolci T  
Aspera  
Cantilla  
Condita  
Carrina  
Oblita  
Mentis  
Da mi  
Mille an  
Pete elon  
O Prince  
Quæ gr

bore collocat. Cum à venatione vacat, custodit ea, contraq; ascendente defendit. *Tinnunculus* sive *Cenchrus* columbis est amicissimus. Hinc rustici ejus pullos singulis fictilibus ollis condunt, stipatisque opercula super imponunt, & gypso lita, in angulis columbarii reponunt. Hoc illis loci amorem inculcat, accipitres ita terret, ut visum ejus vocemque fugiant. *Columell.*

CAPUT XXXIV. DE TURDO & TORQUILLA.

**I**N magnis olim deliciis *Turdi* apud Romanos. Constat enim ternis denariis, id est, duodenis nummis vauisse singulos turdos Romæ. Ex uno autem Ornithone quinque millia turdorum eodem pretio vendita fuisse, autor locupletissimus *Varrò* attestatur. In villa, inquit, materteræ meæ in Sabinis, ad quartum & vigesimum lapidem à Roma, Ornithon est, ex quo uno quinque millia scio vauisse turdorum denariis ternis ut H. S. sexaginta millia ea pars villæ reddiderit eo anno, bis tanto, quam tuus (*Axiu* alloquitur) fundus ducentorum jugerum Reate reddit. Docilem esse *Agrippinæ* turdos ostendit. Hic enim omnium imitabatur sermones. Mirum id, si verum, peculiariter turdis sorditiem adscribi. Apud *Scaligerum* egregium de eo cantillante extat carmen, quod adjicimus.

*Dulci Turdille docte guttur illo  
Asperas animi levare curas  
Cantillans modulos minutiores:  
Condito mihi pectoris medullas  
Cantiuncula, ut inquietiore  
Oblitus veterum miser malorum  
Menti improbus acquiescat affectus.  
Da mihi blandula murmurilla mille,  
Mille anfractibus implicata: quid sis  
Pote eludere vortices charybdis,  
O Princeps avium beatorum?  
Quor grato Dominum excitant susurro.*

M. 5. Res.